



BIBLIOTECA
COMUNALE
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI
DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE
CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

STROZZI GIOVANNI, *Oratio habita a magnifico d. Ioanne Strozio oratore illustrissimi Cosimi ducis Florentiae & Senarum in eius comparitione, die XVIII. martij. M.D.LXII. Una cum responsione sanctae Synodi*, Riva del Garda, Giovanni Battista Bozzola (Riva del Garda, Jacob Marcaria), 1562.

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, T o op f 103

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/45>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TARENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.



Misc. I.C. 117.

C Misc 141



BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

G
2 -op
f
118

BIBLIOTECA COMUNALE
TRENTO



ex libris



K 2411429

D 2411395

5tci

T 0-op f 103

Misc. I. c. c. 117 2.



ORATIO

HABITA A MAGNIFICO D. IOAN-
NE STROZIO ORATORE ILLV-
STRISSIMI COSIMI DV:

*cis Florentiae et Senarum in eius com-
paritione, die XVIII;*

Martij. M. D.

LXII.

VNA CVM RESPON-
sione Sanctae Synodi.



R I P A E.
AD INSTANTIAM Baptiste Bozzole.
1562.



ORATIO

HABITA A MAGNIFICO.

D. IOANNE STROZIO ORATORE

ILLVSTRISS. COSIMI DVCIS

*Florentiæ & Senarum in eius com-
partitione, die XVIII.*

Martij. M. D.

LXII.



OSMVS Medices Florentiuorum, & Sen-
nensium Dux, & Dominus meus, optimi,
atque iſdem Ampliſſimi Patres, Cum ſit
Chriſtianiæ Religionis omnium maxime ſtu-
dioſus, & Romani Pontificis atque Apo-
ſtoliciæ Sedis auctoritati plurimum ſemper
tribuerit, cum ipſe inquam, præſenſerit tot
digniſſimos Sacrorum Antifites, eiufdem
Pontificis voluntate ſumma, atque conſeſu
in hanc urbem Tridentinam, ideo conueniſ-

ſe, vt Sacrum Oecumenicum, & generale Concilium celebraretis; atque
ita per multos, qui nunc rapti varios in errores a fide Catholica deſcine-
runt, ex illis nouis opinionibus moueretis, conſilijsque veſtris ad vitam pie
Sanctæque traducendum dirigeretis, hoc me præmiſit, vt vobis vniuerſis ſapient-

tissimi Patres declararem sui ipsius animi singularem uoluntatem, ad ea
validissime pertractanda, atque adeo perficienda, quæ in primis ad Dei
optimi Maximi laudem, honorem, & gloriam, ac totius suæ Ecclesiæ
utilitatem, conseruationemque potissimum spectarent. Vobis, item ad
hunc præclarissimum cæcum auctore & Duce Pio I I I I. Pont. Max.
profectis, omnia prolixè policeret quibus huic tanti momenti, & pon-
deris negocio adiuumento esse ualeret; quod ipsum eo maius ac dignius a
bonis omnibus haberi etiam debet, quo magis circa actionem aliarum
omnium humanarum honestissimam, perfectissimamque uersatur, quando
ea uis est nostræ cognitionis, atque intelligentiæ, quæ quidem absolutiori
eademque perfectior si nunc philosophantibus hominibus fidem tribuere
uelimus, sane uidetur cum obscurata nullis est inscitie tenebris, atque
caligine, sed ab omni procul credendi uanitate alienum quicquid ipsa
iam percepit, ita etiam plane continet, atque ita intelligit, id quod
a Christiana doctrina quæ quidem altius se se extollit, minime alienum
esse arbitror: quandoquidem non sola ueritatis inquisitio, sed etiam Dei
eiusdem ueritatis grauissimi auctoris, & magistri contemplatio est: quic-
quid summi bonni, quicquid summæ felicitatis, quicquid demum requie-
tis a Christi fidelibus optari, haberi que possit. Hæc inquam ueritas
in iustam præcorum rite philosophantium uirorum sententiam, in ijs
qui perditio essent moribus, atque sceleribus contaminati haud quamquam
poterat reperiri: quanto facilius, quæ Sanctissimi, & Religiosissimi ho-
mines suis ipsi monumentis commendarunt, id nobis patefaciuntur.
Omnes etenim, quæ extant sacræ literæ nos uerantque edocent. Sed
magna mea nimirum esset audacia, si in tot eruditissimorum consensu,
nunc ego id pluribus uerbis uelim differere: quod cum ueteris, tum
uouæ scripturæ memoria apertissime nusquam non explicatur omni asse-
neratione affirmando, Christum Iesum, ut nos quocumque maleficij
genere contaminatos ablueret, nostram hanc induisse humanitatem, &
utramque nos ueritatem docuisse. Verum hæc omnia missa nunc faciam,
dicamque quod si in cognitione ueritatis uix omnis, ac notio nostræ
ipsius intelligentiæ potissimum consistit, profecto eiusmodi ueritatis
cultores in hac uita aliorum omnium beatissimi, & felicissimi haben-
di sunt, conareque prorsus miseri & infelices illius expertes, qui ni-
hil loci rationi & consilio relinquentes prauas multis de rebus animo
opinionibus imbibunt, atque in illis acquiescentes de sanitate mentis im-
pendio magis deturbantur, quam qui misero disturnoque morbo in-
terdum asliguntur, ijs igitur si magne pietatis esset medicinam addi-

bere, & corporis incolumitati consilere, multo maioris etiam foret illorum animis salutem asserere, & ad integritatem, innocentiamque adducere. Quod opus tanto maius plane habetur, quanto est anima prestantior corpore: Quantum denique aeternitas mortalitatem superat, huius rei causa, Pius ille Pater Sanctissimus & verus animarum nostrarum pastor & custos, non immemor quam eximio, quam singulari studio ac voluntate, eas sibi Christus commendauerit, cum dixit Petro primo sui Vicario, & deinceps omnibus vris, quibus Sanctarum: clauium munus diuino numine traderetur, si me amas, pasce oves meas: Cum ille Christianae Religionis conservator intelligat, quanta ingruitae impus insatiabilis palam quotidie magis irrumpat in Christianum gregem, neque sibi sit quicquam deliberatius, quam illum quaecunque ratione possit funditus dissipare: quandoquidem post semen illud bonum, quod Christus antea sparserat, quod Apostoli ipsius imitatores, quod etiam alij integerrimi homines, in quibus quasi lumen quoddam sanctitatis admirabilis continenter eixit, summa diligentia cultam in Christiana Republica conservare studuerunt: Venit inimicus homo, & superiecit Zizania, quae cum in dies singulos accrescerent iactum ab initio semen bonum, suffocare plane videntur: quomobrem, inquam, Pius Quartus Pont. Max. ut hanc nefariam pestem ac perniciem a nobis depellat, Concilium hoc peragere semel induxit animum, ubi uos et vite innocentia, & eruditionis magnitudine viri admodum insignes, de vera sinceraque Christi doctrina commonefaciatis, atque illa etiam Evangelij dogmata planissime explicetis, & quae tandem praecipua a Christi fide libus tenenda sint declarare non praetermittatis, Haec non quae consilia vestris atque suffragijs, sed Spiritus sancto impulsore, & auctore confirmata, certa, & rata esse precipue decreueritis, ut fideliter, ut religiose, ut sapienter facta auctoritate atque iudicio, Max. Pont. comprehentur: Non ut alia veritas ab illa quam viri Catholici omnes coluerunt, renouetur, sed ut rursus indicetur vris, qui sese ab ea dem temere nimis remouentes, varijsque tribuit erroribus, suaque in sententia obstinatione quadam incredibili couersantes, latum vnguem de illa decedere ter giversantur, huius tanti ac praeslari muneris functioni Deus omnium rerum sapientissimus distributor, vos amplissimos, & religiosissimos Antistes proposuit. Pius autem Pater, uti fidei administrer, & verus Christi Vicarius, hoc unum assidue cogitat. Hoc unum sedulo quaerit: Hoc unum potissime studet: dissipatum vide licet do mini sui gregem congregare, & oves grandi profecto macie iam confectas laeta in Pascha reducere, & omni prorsus calamitate liberatas summo cunctarum rerum

conditori vestra tamen ope adiutus, tandem restituere. Qua de re pluri-
bus differere consulto iam omittam, quo negocia, quæ grauias fati in hoc
celeberrimo conuentu habituri estis, minus impediam illud tamen attingam
quod Cosmus Princeps & Dux meus ad vos Patres optimi ad legauit me,
vt eius nomine deferrem se Pio Pontifici Max. esse coniunctissimum, seque
in ea Sacri Concilij huius bene & feliciter peragendi voluntate perpetuo se-
cum, atque etiam vobiscum esse mansurum: vt igitur in tanto negotio ex-
plicando curam omnem, cogitationemque ponatis pro illa summa obserua-
tia, qua unumquemque vestrum studiofissime colit, Vos etiam atque etiam
cohortatur, & omnibus præcibus item petit in hanc rem vnã, id quod
omnes ad vnũ perliberenter vos esse facturos iam sibi penitus persuasum est,
toto pectore incumbatis: & quemadmodum Pio Quarto suas olim opes, sac-
cultates & copias omnes obtulit, vt dignitati pontificiæ consulere, &
Romanæ Sedis maiestatem si cubi opus esset conseruaret: ita & nunc vobis
hic diuino numine congregatis nullum finem facit offerendi sui, si modo hæc
res in primis honesta & maxime salutaris, in qua vns totius Christianæ
Reip. summa disceptat ex omnium honorum animi sententia, demum confici-
ciatur, & Christiani nominis honor, & existimatio augeatur. Cuius
eximie voluntatis ut amplissimum testimonium tribueretur, non modo
misi me huc, sed vt nusquam a vobis ego discederem, & iam
imperauit, vt quandocumque me conspiceretis, eius anic-
mum promptum, & alacrem esse ad rem istam
modis omnibus addiuandam, &
defendendam statim

recordare-

mini.



RESPONSVM SAMCTAE SYNODI
IN ADMISSIONE ORATORIS
ILLVSTRISSIMI D. COSMI

Ducis Florentiae & Senarum, in gene-
rali Congregatione die XVIII.

Martij. M.D. LXII.



QVAM optatus & incundus Sanctae Synodo
aduentus sit iste, tuus praestantissime Orator,
ex maxima hilaritate, atque letitia, quae in te
accipiendo, sese affectam esse declaravit, ple-
nissime animaduertere potuisti: Quippe quae
perspectum habet Studium Illustrissimi Amplis-
simique Ducis, qui te huc Legatum misit, de
Catholica Ecclesia, ac de sanctissima Sede Apo-
stolica benemerendi. Neque enim de huius
Principis propensa in dignitatem, tranquillita-
temque Reipublicae Christianae voluntate dubitandum est, Cum ex ea fa-
milia Cosmus Medices prudentissimus Princeps omnibusque animi, inge-
niique ornamentis cumulatissimus, originem ducat, quae duos quidem arc-
te hac Pontifices Maximos, eosque sapientissimos, Leonem Decimum, &
Clementem septimum, Ecclesiae dederit. Nunc autem Pium Quartum,
qui noctes & dies nihil aliud cogitat, quam tranquillitatem, pacemque
Ecclesiae uniuersae, salutem omnium Christianorum impietatis euerfionem,
pietatis incrementum. Quas ob res Concilium Oecumenicum in hunc locum,
omni industria, omni diligentia, omni denique opera conuocandum cu-
rauit, Haereditaria itaque Florentini, Senensisque Principis haec laus est,
sed illa certe propria, quae nunquam satis commendari potest; quod hac
temporum infelicitate; hac rerum omnium perturbatione, maiorum suorum

pietatem, non modo seruat, verum etiam auget. Quod autem Synodus
hortatur ad veritatis lucem explicandam, quam Apostoli, & post eos
sanctissimi Patres docuerunt, facit pie ille quidem atque ut decet Princeps
sem Christianum. Verum hoc voluit Sancta Synodus, sibi ille persuadeat,
se in eam causam to o f e c t o r e incumbere; eam operam enixe dare, in id
omnes suas curas, cogitationesque conferre, neque labori parere, neque
incommodi quicquam deuitare, ut Sanctissimo Pontifice authore, ac duce
optimo, Imperatore fauente, potentissimis Regibus, Principibusque adiu
uantibus, necnon Sapientissimo Duce, cuius hoc loco personam geris, cla
rissime Legate, o f e m afferente, ignorantie tenebris depulsis, verique per
spicientia patefacta, omnis dispensio, discordiaque tollatur. Quodque
ad id Dux ipse suas opes, facultates, copias denique omnes pollicetur.
studium illud suum erga Religionem, Christiano Principe dignum, de quo
dixi non esse dubiandum, plane declarat. Quas ob res ipsa Synodus pro
singulari eius prudentis. Principis erga summum Pontificem voluntate, pro
summa erga Ecclesiam pietate, pro incredibili erga se animi propensione,
maximas ei gratias agit, & habet: rogatque etiam atque etiam, ut secum
Rempub. Christianam, quemadmodum pollicetur, toto animo complectatur.
Te vero huc accessisse, Orator prestantissime, mirifice letatur:
Cum de tua uirtute, ea sibi promittat, quae congruunt tam pij, sapientisque
Principis Legato. Atque illi ipsi mirum in modum gratulatur, quod uiro
tam solerti, tam nauo, industrio, tam denique literis erudito, legatio
nem earum rerum causa detulerit. Sperat enim diuino spiritu afflante, ea
uente, eaque consilio te fore, ut secum sensurus sit, quae illa
eodem spiritu afflata constituenda esse censuerit, at
que libentissimo animo complexurus, Man
datum uero, quod ille sibi ad se
dedit, ita accidit, ut
curis est.



luc
eos
cia
rat,
id
que
ice
dis
la
er
que
ir.
quo
pro
pro
ne,
um
fia
er:
que
uro
tioz
ca

BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

T
0
op. f
103

Misc I. c. c. 117 2.




x-rite

colorchecker



MSCCPPCC0813



O
D. IOAN-
E ILLV-
DV:

COME

ON:



He Bozzole.